PETRUS LOMBARDUS

Klosterneuburg, Anfang 13. Jh. Seite 346r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cä. p lacrimas deletis peccatis. In hac oc-
tauadecima littera iudicia dei lau
dat. et eloquia ignita ueneratur.
cä. petens intellectum unde uiuat.
cä. et se consoletur. Unde congrue hu-
-ic octonario pmittitur littera Sa
de. que interptatur consolatio.
Qui enim supra tristis de errore la
crimas effundebat. hic consolat
ab. se p iusticiam dei. et bene p lacri-
mas effluentes. et graues fletus.
doloris consolatio sequitur. que
triplex est. nam et qui in dolore s.
consolatione indigent. que fit
p misericordiam dei. et qui p penas
criminum luerunt. spant ueni
am. et qui lacrimis delicta laue
ab. runt. requiem merent. Prima g
consolatio est eorum qui in dolo
re et miseriis positi. dei misericordiam
attendunt. recolentes illud. quia
non obliuiscetur misereri deus.
Secunda autem et tercia consolatio est
eorum. qui in peccatis sunt. et at
tendunt dei iusticiam. Quidam
enim in peccatis sunt et nesciunt
se esse. quos deus punit p peccatis
illis sibi occultis. et ideo spant.
quod si in peccatis sunt. et si nes-
ciant illa. tamen soluto in penis
precio culpe. remittentur eis. pa
cienter penam ferentibus. quia
iustus est qui punit. horum est
secunda consolatio. Item alii sunt
qui agnoscentes sua delicta. p eis
satis faciunt et lacrimantur.
unde ueniam spant. horum est
tercia consolatio. Prima itaque
consolatio est p misericordiam dei
quam docemur in Ieremia. ubi
ad captiuos iudeorum flebili
ter clamat hierusalem. Ite, pficisci
mini filii. ego enim deserta sum.
equo animo estote filii. clamate

ad dominum. et extrahet uos de manu
inimicorum. Secunda p punitionem. ubi
et si fides. i. conscientia desit delic
ti. pena tamen satis facit et releuat.
quod genus consolationis docemur
in ysaia dicente. Consolamini po-
pulum meum sacerdotes. loquimi-
ni ad cor ierusalem. solutum est eius
peccatum. quoniam recepit de manu
domini duplicia. Tercia est p satisfac-
tionem. cum lacrimis crimen ab-
luitur. Unde certi sumus de ue-
nia. que in hoc loco et in multis
aliis repperitur; cä. Ideo sic plo-
ro peccata mea. quia scio o domine.
quod tu qui punis. iustus es. in
omnibus. hoc dicit uir iustus. cä.
qui lacrimis pfluens. et graui
supplicio delicta psoluens non te-
dio uincitur. non labore lassatur.
in exordio sermonis se ipsum ac-
cusans. Qui autem sua delicta non
respicit. iniuste se putat grauari.
sed bonus se accusat. et digna in
ferri sibi a iusto dicit. in quo et
spat. Sicut enim iustus punit.
sic et sustinentem remunerat.
Unde subdit; et rectum iudicium
tuum. qui iubes peccatorem se cä.
affligere. aliter ueniam sibi arro
garet peccator. et bene ait rec-
tum. Quicquid enim a deo fit. re amb.
cto iudicio fit. et hec est consola-
tio iustorum. hac confessione da-
niel feras. et tres pueri flamas
uicerunt. Hac eadem ionas in-
clusus in utero bestiali anhelan-
di uix habens comeatum. inde
meruit liberari. Sanctus quoque iob
extinctis liberis. patrimonioque
nudatus amisso. hac eadem con
fessione sua. cum augmento si-
bi restitui. obtinuit. Sequitur;
et Mandasti nimis ut ualde.